

Házi Jenő: Sopron szabad királyi város története. I. rész, 7. kötet, Oklevelek, levelek és iratok 1521-től 1531-ig. (Sopron, 1929.) 223. – 224. oldal.173.oklevél

https://library.hungaricana.hu/hu/view/KozMagyOkmanytarak_HaziJeno_1-197/?pg=262&layout=s

173.

1526. Lövöld, nov. 14.

A lövöldi perjel és konvent köszönetet mond a soproni polgároknak azért a barátságos fogadtatásért, amelyben Lukács testvérüket részesítették, aki a rendház egyházi értéktárgyait vitte magával a török elől. Mivel a török veszély elmúlt, ezért kéri, hogy e kegyzsereket Nagy Balázs polgártársuk, akinél őrizetbe helyeztetek el, adja ismét ki.

Oracionum precamina devotarum cum salute. Prudentes et circumspecti domini nobis honorandi! Quanta et qualia pericula ac discrimina nuper propter ferocissimam invasionem Turcorum Christiane fidei inimicorum hoc regnum Hungarie sustineat et si nos tunc amplius horrebamus, quia viciniiores fuimus, tamen et vestras dominaciones arbitramur non latuisse, quandoquidem magnates huius regni tarn prelati, quam barrones et nobiles ac alii plebee condicionis homines se et bona ipsorum eciam in munitissimis arcis (így) ac civitatibus non confidebant, sed fuge presidio se et bona ipsorum tutare festinabant, inter quos nos quoque religiosum fratrem Lucám conversum nostrum cum quibusdam rebus ecclesie nostre circa divinum cultum pertinentibus ad dominaciones vestras duxeramus destinandum, quem eedem, ut ex relatibus eiusdem agnovimus, ex innata ipsorum pietate, charitateque superhabundanti non solum pie ac benigne, sed et humaniter atque favore tractaverunt. De quibus omnibus et singulis dominacionum vestrarum beneficiis utcunque exhibitis, exhibendisque, presertim quod predictas res nostras ad tempus per dominaciones vestras arrestatas et sigillo signatas ad iussionem reginalis maiestatis per concivem vestrum vobis factam intactam et indempniter relaxastis, perhennes agimus graciaram acciones, que, quantum pusillus grex valemus, divinis eisdem dominacionibus vestris refundere curabimus. Nam et a reginali maiestate habebamus litteras vestris dominacionibus sonantes, ut si immanitas periculi id persuasisset, nos cum reliquis bonis ad dominaciones vestras ascendere debüissemus, sed omnipotens Deus, qui non deserit sperantes in se, nos a sevis síma inimicorum rabie misericorditer preservavit. Insuper licet cum magna préda, terroré tamen quodam, ut fertur, e celo sibi divínitus concusso ad sua crudelis inimicus remeare festinavit, Absit tamen a nobis, ut aliqua ingratitude nos notare libeat, quippe quos idem dominus tam misericorditer inter ceteros preservavit, idcirco, ut dívina officia illis rebus aput circumspectum Blasium Nagh locatis et circa divinum cultum pertinentibus devocius peragere possimus, statuimus easdem reportari facere.

Quare dominaciones vestras rogamus et obsecramus fidentissime, quatinus dum et quando dictus Blasius Nagh predictas res nobis remittere curaret, eidem indempniter omni occasione qualicunque frustratoria cessante remitti permittatis et si opus fuerit, eidem Blasio Nagh auxilium oracionis nostre ob respectum prestare dignemini. Valere dominaciones vestras cum omnibus suis ad vota in domino Ihesu felicissime Semper oramus. Ex Leweld, feria quarta post festum beati Martini pape, anno eiusdem 1526. Prior et conventus in Leweld etc. Kívül:

Prudentibus et circumspectis magistro civium, iudici et iuratis, ceterisque civibus civitatis Soproniensis etc., dominis et amicis nobis honorandis. Jelzése: Dl. 2797. (Lad. VIII. et H. fasc. 5. nr. 202.) Papiros vízjegy nélkül, zárlatán zöld viaszba nyomott pecsét helyével. E levél rövid tartalmi kivonata már megjelent az Egyháztört. emlékek a magyarországi hitújítás korából c. mű I. 290. 1.-án.

Egyháztörténeti emlékek a magyarországi hitújítás korából. I–V.

Szerk.: BUNYITAY Vince – RAPAICS Rajmund – KARÁCSONYI János – KOLLÁNYI Ferenc – LUKCSICS József. Bp., 1902–1912. 290. oldal. 280. oklevél.

280.

Lövöld, 1526 november 14.

a Prior et Conventus in Leweld hálát mond Sopron város tanácsának, hogy a areligiosus fráter Lucas conversus-tól a töröktől való félelemből odaküldött istentiszteleti tárgyakat oly gondosan megőriztette. Mivel azonban a török szultán visszavonult, aut divina officia devotius peragere possimus az istentiszteleti tárgyakat kéri vissza.

Carthusiani de Lövöld supellectile sacrum causa tuitionis Sopronium missum, recedente iam Turca, a senatu Soproniensi repetunt.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. VIII. et PH. f. V. nr. 202.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.